

A
GE

DO
71

61



an
H 3574 1. Flacc. iſ/ 16. / Episto.
Ca. apologetica ad
quendam pastorem
2. _____ quo⁹ Lorus
3e. Luce vñ, dico tibi ic.
1940 missa fuit p. nihil
Planiſaice justitio
patrocinetur. Magde.
burgi, 1549


3. ~~44390~~ Admonitio de
conigendo Canone Missa
Magdeburgi; 1550.

4. ~~50~~ Admonitio contra Lymy
Job Calvinischen Catechis-
tis mi de anno 1563.

5. Christiani J. Röhl
Admonitio ad Ecclesiam,
cum Eislebium,
Magdeburgi; 1557.

6. iohannii graefen
zur N. auf Bis natr.
Vordnung ewige Er-
nunn Bis für ovi.
nünig de anno 1599

6 wl



2
QVOD LO-
CVS LVCAE VII. DICO
tibi remissa sunt ei peccata multa,
nam dílexit multum, nihil Pha-
risaicæ iusticiæ patrocinetur.

Per Matth. Flacíum
Illyricum.

HOS. XIII.


Rectæ sunt uiae Domini: & iusti in
eis ambulabunt, præuaricato-
res autem impingent in eis.

1549.

MAGADABVRGL

13.

1249



QVOD LOCVS LVCAE
VII. REMISSA SVNT EI PEC-
cata multa, &c. nihil Pharisæicæ
iustitiæ patrocinetur.



Butuntur hoc loco
Papistæ sicut & alijs plu-
rimis ad stabiliendam su-
am Pharisæicam Iustiti-
am, uel potius suum ip-
sorum, & aliorum misé-
rorum hominum æternum exitium, quibus
uolunt persuaderre ut ex se & non ex solo
C H R I S T O salutem æternam quærant.
Sed de alijs locis deq; hac tota materia alias.
Nunc uero iuuante **C H R I S T O** breuiter
ostendere uolumus locum hunc, neq; quod
ad *διάνοιαν* neq; quod ad *ἔκτον*, idest, neq;
quod ad sensum, neq; quod ad uerba at-
tinet quicq; Papistis patrocinari.

C H R I S T V S ibi non hoc agit, ut
doceat Pharisæum, quæ sit causa efficiens
remissionis peccatorum huius mulieris, sed
uult tantum probare eam mulierem non
habere remissionem peccatorum & D E O
acceptam esse, ac ipso Pharisæo iustiorem,

A 2

quo

quo confutet cogitationes Pharisæi , qui cogitabat. Si hic esset Propheta sciret profecto hanc mulierem esse peccatricem , nec pateretur se ab ea attingi. At simul cogitabat se multis modis illa muliere sanctiorem esse, stomachabaturq; quod **C H R I S T V S** ita familiariter ac blande ageret cum illa peccatrice, & interea esset erga ipsum (nempe uirum sanctissimum) austerior. Hoc ibi agi dubium non est.

Igitur particula ὅτι, quia non indicat hic causam rei, sed tantū præcedentem affirmationem **C H R I S T I:** Dico tibi, &c. esse ueram: Et tota illa sententiola: Nam dilexit multū nihil est nisi confirmatio præcedentis propositionis. Vnde autē petita fit facile est ex præcedētibus & sequētibus animaduertere, quod nempe sit sumpta ab effectu. Probat enim **CHRISTVS** ab effectu, id est, dilectione, præcessisse iam causam dilectionis, id est , magnum beneficium remissionis peccatorum , quod ex sequentibus præcedentibusq; animaduerti potest, ut iam dictū est: Nam & in præcedentibus clare affirmat **CHRISTVS** remissionem debiti esse causam dilectionis: Et statim subiungit, cui autem parum remittitur, parum diligit.

Cum

Cum igitur & præcedentia & sequentia doc-
ceant dilectionem esse effectum remissio-
nis peccatorum , non dubito quin & in
hac sententiola C H R I S T V S ita locu-
tus sit , neq; enim non cohærentia locutus
est, multo minus contradictoria.

Quo autem aliquanto clarius probe-
mus hunc esse loci sensum , uolumus hic
quasdam uoces declarare quæ a multis non
satis recte in hoc textu accipiuntur.

P R I M V M particula ὅτι multas ha-
bet apud Græcos significationes , nos iam
hic tantum de duabus dicemus, quas & la-
tinū. Q V I A significat, & de quibus dubita-
tur in hoc loco, utram illa ἡ τὸ ὅτι significet.

Significat igitur ὅτι, id est, Quia alias
idem quod propter , uel Germanicum,
barumb, ut cum dicimus , Ciceronem fac-
tum esse doctum, quia diligenter studuerit,
quia ingenio ualuerit, quia habuerit bonos
præceptores: D E V M nobis remittere pec-
cata quia sit misericors, quia C R I S T V S
pro humano genere satisfecerit. In his ex-
emplis nihil confirmandum proponitur,
nec per Quia ratio assertæ propositionis in-
dicatur, sed tantum causa efficiens eius rei,
quæ iam tanq; nota sumpta est, ostenditur.

A 3

Non

Non dubitatur quin Cicero sit doctus, hocq; tanq; notum assumitur, per Quia igitur non probatur hic quod sit doctus, sed eius eruditionis causæ efficientes ostenduntur: Sic dicimus aliquem ægrotare, quia intemperanter uixerit, aut quia natura sit ualitudinarius: Ciceronem imperfectum esse quia in Antonium inuestiuas scripsit: Cæsarem esse imperfectum, quia Rempuplicam oppresserit: Vbi (QVIA) tantum causam rei indicat, & non adfert demonstrationem præcedentis assertionis. Atq; in hac significacione putant Papistæ in hoc loco Lucæ, tò ſt̄ti QVIA accipiendum esse.

Alias uero significat idem quod Nam, & Germanicum dēnn, ut si dicam: Cicero est doctus, quia eruditè scribit: Cicero est imperfectus, quia caput eius est Romam allatum: Ciceronem fuisse natura mitem quia hoc actiones & scripta eius testantur: Cæsarem fuisse clementem, quia suis maximis inimicis benigne pepercit.

Hic (QVIA) non indicat causam rei, sed præcedentis assertionis probationem annexit. In his omnibus exemplis pro (QVIA) etiam ſt̄ti poni potest, & ualeat idem quod Germanice dēnn. His duabus significacionibus

hibus ita distinctis affirmatus in hoc loco
est uel **QVIA** idem significare, quod Nam
uel dēnn, & non indicare causam efficien-
tem rei, sed annexere probationem prece-
denter assertionis: Affirmo (nam λέγω dico
sæpe in Nouo Testamento significat affir-
mo) huic mulieri esse remissa peccata: Nec
potest hæc locutio resoluti in hanc: Remissa
sunt huic mulieri peccata propter dilectio-
nem, nec etiam potest dici, quod sit quidem
ratio præcedentis propositionis, sed tamen
sumpta a causa efficiente. Nam primum
breuis dilectio nullo modo potest abolere
tam longi temporis turpem uitam. Deinde
quia hoc modo intellectus sermo **CHRIS-**
TI pugnaret cum præcedentibus & sequen-
tibus in quibus asserit **CHRISTVS**, di-
lectionem esse effectum remissionis peccato-
rum, & causam remissionis esse fidem.

Est igitur est **QVIA** in hoc loco con-
iunctio redditiva rationis: sumpta autem
est ratio uel demonstratio hæc ab effectu si-
cūt antea ostendimus, & postea quoque pro-
babimus: nec dubito quin recte & Gram-
matice dici possit, Aio hunc conualuisse, est
Quia ambulat, quia rubet, quia robustus est.
Ac quo adhuc certius ostendamus hanc esse

loci sententiam , & τὸ ὅτι significationem,
uolumus aliud similimum exemplum ad-
scribere.

1. Ioa. 3. Sic legitur, Nos scimus quod tran-
siuimus ex morte ad uitam, ὅτι quia diligi-
mus fratres. Vbi nullo modo dicit Ioannes
causam efficientem nostri transitus a morte
ad uitam esse dilectionem, quod Cap. 5. sui
Euangelij fidei tribuit, cum inquit. Qui cre-
dit transiuit a morte ad uitam, sed quod sit
certum argumentum seu indicium , huius
nostræ transitionis uel salutis ab effectu
sumptum. Itaq; sicut hic ὅτι non docet cau-
sam efficientem nostri transitus a morte ad
uitam, sed ἀπόθετον τὸ ὅτι διδασκεται affert. Sic
in loco Lucæ non exponit quænam sit cau-
sa efficiens remissionis peccatorū, sed demō
strationem τὸ λέγω σοι annexit. Talis signifi-
catio τὸ ὅτι est etiam in his exemplis eodem
capite. In hoc cognouimus charitatem DEI
erga nos , ὅτι quoniam ille animam suam
pro nobis posuit. Item cap. 4. In hoc cog-
noscimus quod in eo manemus. ὅτι quoni-
ā de spiritu suo dedit nobis. Possunt & alia
multa similia exempla reperiri. Quare ui-
tandæ ambiguitatis causa τὸ ὅτι semper in
ciusmodi locis per NAM reddendum esset
sicut

sicut Germanica uersio uertit per henn. Obseruandum quoq; in hoc loco est, quod hæc omnia: Dico tibi remissa sunt, perinde cohaerent ac si diceretur, Aio ei remissa esse peccata multa. Est autem Hebraismus quod in medio coniunctio **נָאֹתִי**, Quod deficit, quod in Latina ac Cræca lingua non perinde usitatum est.

Quare ferendum non est ut textus citetur mutilate: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, addenda enim sunt semper illa priora: Affirmo ei remissa esse peccata, ut clarius animaduertatur, quod sit quædam asseueratio, quæ post se rationem affirmationis requirat, & non sit simplex quædam causæ expositio, propter quam ea mulier remissionem peccatorum haæta sit.

Secundo (Remittuntur) ut vulgata uersio habet quia est in præsenti, & uox dilexit in præterito uidetur etiam patrocinari Papistico errori: Nam non est possibile ut causa efficiens suum effectum sequatur. Cum igitur remittuntur sit in præsenti, & dilexit in præterito, concludunt haud dubie di-

A § Iectionem

Lectionem esse causam efficientem remissio-
nis, Remissionem uero effectum. Quo igi-
tur & hæc errandi occasio uitetur, sciendum
est ἀφέωνται esse indicatiui præteritum Atti-
cum, ut Grammatici dicunt uel Doricum
potius ab Actiuo ἀφέωνται teste Guarino, ac
propterea in præterito uertendum esse. Re-
missa sunt, & non in præsenti indicatiui uel
imperatiui Remittantur, ut quædam re-
centiores uersiones habent.

Huic sententiæ astipulatur etiā Ioan. 1.
cap. 2. ubi aliquot similia membra αγάφω
incipientia coniungit quæ cum omnia sint
in præterito posita & hoc ipsum uerbum
inter cætera reperiatur, non est dubium quin
& illud sit præteriti.

Nec mouebimur magnopere si quis di-
cat, etiam dilexit esse in præterito: Nam etsi
possemus & illud dicere, quod scilicet He-
brei multum utantur præterito etiam pro
alijs temporibus, tamē satis nobis est, quod
CHRISTVS in proxime præcedenti-
bus clare indicat, se de præsenti dilectione
loqui. Sed age quo melius uis argumenti
CHRISTI

io-
gi-
um
tti-
um
ac
Re-
uel
re-

l. 16
έφω
sint
um
uin

di-
etsi
He
pro
uod
nti-
one
enti
STI

CHRISTI intelligi possit in Syllogi-
sticam formam includamus.

MAIOR.

Dilectio est effectus & signum beneficij
remissi debiti, & maior dilectio maioris
dilectionis.

MINOR.

Hæc Mulier diligit multum.

CONCLVSION.

Igitur affirmo huic mulieri esse remissa
multa peccata. Repetit **CHRISTVS**
minorem, ut suam conclusionem & affir-
mationem magis corroboret, contra in-
credulum Phariseum, nam dilexit mul-
tum.

Maiorem habet **CHRISTVS** ex
concessione Pharisei. Minorem probat
enumeratione officiorū, quibus muliercula
restabatur se diligere **CHRISTVM**. Repe-
tit & maiori oppositā, quam itidem Iudæ-
us con-

us concesserat. Cui autem parum remittitur
parum diligit. Antea posuerat minori op-
positam. Tu parum diligis. Conclusio iam
facile subintelligi poterat. Igitur tibi parū
remissum est, & hæres adhuc in peccatis, esq;
longe iniustior hac (ut tu eam appellas)
peccatrice muliercula. Hinc si libet agnos-
cas & me esse Prophetam, & te esse miserum
peccatorem, & hanc mulierculam iam meo
beneficio per fidem iustificatam esse. Sunt
igitur hic duo Syllogismi, alter quidem in-
teger quo probat C H R I S T V S iam mu-
lierem esse iustificatam. Alter uero sine con-
clusione, quo demonstrat Phariseum non-
dum esse iustificatum: Sed dat occasionem
ipsi nasutulo Phariseo cogitandi quid ex
illis duabus(ut uocant)præmissis consequa-
tur. Hæc quis non uidet aptissime cohæ-
rere, si hoc modo intelligantur, quod si ali-
ter locum acceperimus, erit pene infantilis
balbuties: Nam maior ac minor integri Syl-
logismi cum conclusione & ratione con-
clusionis plane non conueniet.

Sic igitur hunc locum intelligo, &
huius explicationis habeo quinq; rationes
firmissimas.

PRIMA

itur
op-
iam
arū
esq;
las)
nos-
rum
neo
Sunt
in-
mu-
con-
ion-
nem
id ex
qua-
phæ-
i ali-
utilis
i Syl
con-
D, &
iones
LIMA

P R I M A est scopus sermonis quod nō hoc agat ibi **C H R I S T V S**, ut doceat Phariseum quæ sit causa remissionis peccatorum, sed tantum ut confutet eius falsas cogitationes qui tamen uel maxime putabant dilectionem esse causam efficientem iustitiae.

S E C V N D A est totus contextus, qui indicat **C H R I S T V M** ab effectu argumentari, & non a causa efficienti.

T E R T I A est a natura sermonis quia sermo quoq; ipse hanc sententiam clare exprimit.

Q V A R T A, quia plene firmiter probari potest nouam obedientiam non causam efficientem, sed effectum acceptationis & reconciliationis esse, ut mala arbor non potest bonos fructus facere. Item I. Ioan. 2. Omnis qui facit iusticiam ex **D E O** natus est. Item Galat. 5. In **C H R I S T O** IESU valet fides, per dilectionem operans.

P O S T R E M A est, quod **C H R I S T V S** ipse affirmat hanc mulierem fide saluatam

saluatam & iustificatam esse, quod si est ue-
rum, alterum erit falsum, quod scilicet per
dilectionem sit iustificata: Nam hæc Duo
ita sunt contraria sicut merito aliquid
acquirere, & precario, debi-
tum & gratuitum.

25

cue
per
Duo
d



A
H
ta a
ten

Ver
ebri
cerd
abs
nesci
Omi
di


154628

(X220 3832)

1A - 70d

Hc. 54i

199.



FarbKarte #13

B.I.G.

Blue	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8
Cyan	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	7
Green	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	6
Yellow	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	5
Red	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	4
Magenta	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	3
White	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	2
3/Color	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1
Black	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	0

QVOD LO^r
CVS LVCAE VII. DICO
tibi remissa sunt ei peccata multa,
nam dilexit multum, nihil Pha-
risaicæ iusticiæ patrocinetur.
Per Matth. Flacium
Illyricum.

HOS. XIII.

Rectæ sunt uiae Domini: & iusti in
eis ambulabunt, præuaricato-
res autem impingent in eis.

1549.

MAGADABVRGL

1249
13.